Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



est dolor sed etiam est sibi gaudium / quia cum peccator
recordatur se per peccatum offendisse deum creatorem suum
et qui eum creaverunt ad suam ymaginem / et preter
suum celestem qui eum pasturum corpaliter et spiritualiter
et redemptorem suum qui eum liberavit per
proprium sanguinem suum recolit etiam se amisisse per
peccatum suum gloriam paradysi et incurrisse penas
inferni dolore dz Sed quido cogitat se per istum
dolorem elongari a peccato et reconciliari deo /
gaudet et non in merito / sicut enim gaudet qui
naufragium evasit Sic vere contritus dz gaude
re dum se videt peccati naufragium evasisse / Sequitur
voluntarie assumptus Cum enim deo non placeant
coacta sunt nisi dolor contritorum esset volun
tarius non esset deo gratus nec acceptus Sed
cum peccatum teste beato Augustino coacte agimus
nec est voluntarium iam non est peccatum Sic
contritio dz esse / a deo voluntarie assumpta per si
no est voluntaria iam non est contritio Et tuto
istorum est ista / quia omnis actus ~~voluntarius~~ meri
torius et demeritorius optet quod sit a voluntate
elicitus vel imperatus / alias non esset meritorius
nec demeritorius Sequitur cum proposito satis
facendi quia habit oportunitate alias
contritio sua erit falsa et nulla et hoc est quia cum
ad perfectionem totius integralis requiratur quod
omnes eius partes sint simul sicut ad perfectionem domus
requiritur quod sint tecta et parietes et fundamen
tum Ita ad perfectionem vere penitentie requiritur quod ista
tria scz contritio confessio et satisfactio que sunt